

CONSELLO DA CULTURA GALEGA  
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA

**1308, marzo, 9**

**60**

*O Cabido de Lugo arréndalle a Pedro Miguez unha casa por 200 soldos anuais.*

MADRID, *AHN*, Cód. 1042 B, fol. 45v.

Era M<sup>a</sup> CCC<sup>a</sup> XLVI<sup>a</sup> et quotum VII idus marcii capitulum [...] domni Pelagii Roderici archidiaconi de Decia arrendam sive ad locarium illam domum suam de burgo [...] iacet inter domum filiorum Petri Michaelis de Burgo Novo ex una parte, et donnum Pelagii Dominici ex altera, cum exitu suo et cum iuribus et pertinenciis suis, pro ducentos solidos monete regis domni Fernandi vel extimatione eius annuatim eidem capitulo solvendis quam domum idem capitulum locat eidem Petro Fernandi in tota vita sua et idem Petrus Fernandi habet eam reficere et bene parare nisi tota domus vel maior pars ipsius corruerit, et post mortem dicti Petrus Fernandi predicta domun debet remanere capitulo lucensis cum meliorationibus suis libera et quita, et si plus valet pensio sive locarium dicta domus, capitulum gratis remittit, et hanc autem arrendationem Iohannes Beçerra iudex lucensis, qui tenet anniversaria a capitulo arrendata, ratam habet et approbat.

Presentibus: donno Pelagio Roderici archidiacono de Deçia; donno Pelagio Soga archidiacono de Trastamar et canonico lucensis ac vicariis generalibus episcopatus lucensis; donno Aria Fernandi cantore; donno Magistro Alfonso archidiacono de Neyra; Nuno Martini, Petro Sebastiani et Roderico Alvari canonicis lucensis, et aliis de ipso capitulo.

Ego Arias Petri canonicus et notarius lucensis intefui et de mandato capituli scripsi.

SIGNO